eterno y no haber sido jamás creado, es autor de cuanto existe como dice el mismo S. Juan: *Omnia per ipsum facta sunt.* Por tanto si el Verbo es eterno, pueba de que es Dios, como es Dios tambien por haber sido engendrado por el Padre.

Mas no se crea que S. Juan al afirmar la divinidad del Verbo, enseña ó pretende enseñar la pluralidad de dioses. Verdad es que el Padre es Dios y que su Verbo es Dios. Pero el Padre y el Verbo no son dos dioses, sino un solo Dios. Pues aunque en realidad son dos personas distintas, la una Padre y la otra Hijo, no tienen sin embargo mas que una sola y misma naturaleza, una sola y misma substancia por lo cual no forman mas que un solo y mismo Dios.

Conclusion. — El Verbo Hijo de Dios, el Verbo eternamente engendrado por Dios, el Verbo, Dios como su Padre, tales son las verdades que S. Juan nos enseña en su Evangelio y que la Iglesia nos recuerda en este dia al conmemorar el aniversario del nacimiento temporal de ese Verbo adorable, que bajo la forma de un débil niño, nace en el Portal de Belen. Sublimes verdades, que forman la base de nuestra fé, pero de las que es muy difícil hablar sin menoscabarlas algun tanto, porque la inteligencia del hombre no es bastante vasta ni tiene suficientes luces para comprender estas verdades desde este miserable mundo. Esforcemonos pues á creerlas con sumision, mas bien que á tratar de las mismas con vana presuncion. De este modo mereceremos algun dia el contemplarlas en todo su esplendor, cuando las tinieblas de esta miserable existencia se truequen para nosotros en aquellas brillantas luces que han de constituir nuestra felicidad durante una eternidad de eternidades. Amen.

BIBLIOTECA CENTRAL U.A.N.L.

FIESTA DE NAVIDAD.

SEGUNDO DISCURSO SOBRE EL EVANGELIO DE LA MISA DE LA MAÑANA.

Manifestaciones del Verbo.

I. Por medio de la creacion del mundo. — II. Por su propia encarnacion.

En este dia en que con gran solemnidad y alegria celebramos la memoria del temporal nacimiento de Nuestro Señor Jesu-Cristo, preséntanos la Iglesia á nuestra consideracion un admirable Evangelio que se adapta perfectamente á los misterios que en esta festividad se hallan encerrados y nos instruye acerca de los mismos. Sabemos en efecto, que este Niño que nace en Belen, y cuya desnudez nos causa el mayor asombro asi como nos cautiva con su dulzura y bondad, no es otro sino el mismo Verbo de Dios, esto es, el unigénito del Padre, eterno é inconmensurable como El. Pero no satisfecho aun con esto dicenos tambien el Evangelio de que modo este Verbo asi como se ha manifestado al mundo tomando nuestra propia naturaleza, se ha dado á conocer tambien en la vida espiritual, sobrenatural y eterna que con Dios participa. En dicha vida se manifestó, efectivamente, de dos modos, por medio de la creacion del mundo y por su propia encarnacion: de estas dos maneras de manifestarse voy á hablaros en este dia. Siendo este un asunto de los mas instructivos é importantes os suplico fijeis en él toda vuestra atencion.

I. *Por medio de la creacion del mundo.* — Al decir que el Verbo divino se ha manifestado en primer lugar por medio de la creacion del mundo, no pretendo decir que no se deba á Dios solo esta creacion. En Dios, como todos sabeis, hay tres personas, Padre, Hijo y Espíritu Santo. Atribúyese la creacion del mundo al Hijo, lo cual no impide decir que el mundo ha sido creado por Dios; del mismo modo que el recuerdo de un hecho cualquiera, por ejemplo, se atri-

buye á la memoria, lo cual no impide el decir que es el hombre el que se acuerda [1].

El primer modo, por tanto, como el Verbo divino, que existia desde el príncipio,se ha manifestado en la vida sobrenatural, ha sido por la creacion del mundo. *Todas las cosas han sido creadas por Él*, nos dice el Evangelio, *y nada de lo que ha sido hecho se hizo sin El.* « Desde el ser perfectísimo del ángel hasta el mas insignifante insecto, dice S. Augustin,todo ha sido creado por el Verbo de Dios.

« Entre Dios que habla y la criatura que es formada ¿ quien es el que la forma sino la Palabra ó el Verbo por medio del cual dice Dios : Hágase y aquello se hace [2] ? « El apóstol S. Pablo dijo esto mismo cuando escribó : *Por su Hijo muy querido, que es la imágen del Dios invisible y que es anterior á las criaturas todas, ha sido creado todo en el cielo y en la tierra, asi lo visible como lo invisible..... todo ha sido creado por El y para El : es anterior ó nosotros y todas las cosas existen por El* [3].

Todas las cosas han sido hechas por El. Quien dice todo no exceptua nada.

Gran error seria el creer que existia algo que no debiese al Verbo su existencia. Aquellos que en tiempos pasados pretendian que hay dos principios, uno del bien y otro del mal, á los cuales atribuian la creacion del mundo visible, estaban en un error. El mundo visible de los cuerpos no es debido menos al Verbo que el

1. Omnes operationes ad extra toti simul SS. Trinitati sunt communes, cum ab eadem divina essentia efficiantur ; aliæ tamen aliis personis, per appropriationem, ut aiunt, peculiari titulo tribuendæ sunt. Et quidem hoc modo tribuitur Verbo creatio : nam Verbum, utpote expressio substantiæ Patris, est æterna manifestatio Dei ad intra, et qua talis, sibi tanquam proprias vindicat omnes manifestationes Dei ad extra, i. e. omnia quæ creata sunt vel revelata. — Spiritus sanctus perfectionem addit operibus ad extra ; sicut ad intra, quia tertia Persona, terminus est et perfectissimum complementum personalitatum divinarum (Schouppe, *Evang. illustr.* in Nat. Dom. Evang. de die).

2. In hunc loc. — 3. Coloss. i, 15.

mundo invisible de las almas, puesto que *todo lo creado ha sido hecho por El.*

Todas las cosas creadas han sido hechas por El. No creais sin embargo al oir esto que han sido hechas por el Verbo como si este Verbo fuese un instrumento puesto en manos del Padre y del cual se hubiese servido para modelar todas las cosas. En esta creencia consistia el error de los arrianos, que negaban la divinidad del Verbo y pretendian que dicho Verbo habia sido creado para servir de instrumento á la creacion de los demás seres. « Del mismo modo que nosotros decimos que una puerta se hace con sierras é instrumentos de los que se sirve el obrero para la construccion de la misma, pretendian estos herejes que habian sido hechas por el Hijo todas las cosas. A este pernicioso embuste respondia un Santo Obispo de aquel tiempo : « Si como pretendeis vosotros el Padre hubiera creado al Hijo para servirse de El como de instrumento, necesariamente la dignidad del Hijo habia de quedar por debajo de la de los demás seres que por El fueron creados, del mismo modo que una sierra es inferior á las obras ó trabajos que ejecuta. Por razon de lo que ha sido creado pretenden los herejes, que fué á su vez creado el Hijo por el Padre, dando á entender que Dios no hubiera creado al Hijo si no hubiese tenido que crear el universo. ¿ Hay algo mas insensato que esa idea [1] ? » Por lo tanto, el Verbo, no como instrumento de que el Padre se sirve, sino como Dios omnipotente,es el *que ha hecho todo cuanto existe* [2].

1. Theoph. in hunc loc.

2. Nota : præpositio *per*, cum dicitur : *per ipsum*, hic non significat causam instrumentalem, aut ministrum, quasi Verbum fuerit instrumentum vel minister Dei, per quod creavit omnia, uti voluit Origenes (qui proinde a nonnullis vocatur pater Arianorum) et Ariani ; sed significat causam principalem, uti et Gen. iv, 1 : *Possedi hominem per Deum ;* Prov. viii, 15 : Per me reges regnant ; Gal. iv, 7 : *Quod si filius, et hæres per Deum ;* I. Cor. i, 9 : *Fidelis Deus, per quem vocati estis.* Ecce hic aliisque locis præpositio *per* tribuitur Deo Patri, qui est prima omnium causa. Significat ergo τό *per* hic, Verbum cum Patre esse causam prin-

Nada de lo que se hizo se hizo sin El[1]. Todo cuanto ha sido creado ha sido hecho por el Verbo. Hay una cosa que no ha sido nunca creada y esa cosa es Dios. Puesto que no lo ha sido nunca, Dios no existe, ó mejor dicho, no debe al Verbo su existen-

cipalem creationis rerum omnium, ac consequenter Verbum esse omnipotens, esseque Deum. Ita S. Chrysostomus, Theophylactus, Euthymius hic, ac S. Athanasius, Basilius et alii scribentes contra Arianos. Quocirca Paulus, Hebr. I, 10, illud Ps. CI, 26: *Initio tu, Domine, terram fundasti, et opera manuum tuarum sunt cœli*, de Verbo, sive Filio, interpretatur: « Nunquam profecto id asserturus, inquit Chrysostomus, nisi conditorem Filium, non ministrum arbitraretur, ac Patri et Filio pares esse intelligeret dignitates. » — Dices: Cur ergo S. Joannes potius dicit per Verbum omnia esse facta, quam a Verbo? Respondeo: *Primo*, ut significet Verbum a Patre procedere, esseque genitum: « Ne quis illum esse ingenitum suspicaretur, » ait S. Chrysostomus. — *Secundo*, ut significet Verbum esse ideam rerum creatarum, juxta quam Pater cum Filio creavit omnia. Artifex enim omnia opera artis suæ facit per ideam, sapientiam, conceptum, sive verbum mentis suæ: hæc autem omnia appropriantur Verbo divino, sive Filio, qui est sapientia genita, sed increata; et per consequens appropriatur ei, quod per ipsum omnia sint facta. Ita S. Cyrillus. — *Tertio*, proprie dicit per Verbum omnia esse facta, quia Verbum a Patre accipit cum essentia divina omnipotentiam et actionem eamdem numero, qua simul cum Patre omnia creat; quare Verbum est quasi medium inter Deum Patrem et creaturas, ac proinde recte dicitur Pater per ipsum, ut causam principalem a se genitam, fecisse omnia (CORN. A LAPID. *Comment. in Joan.* I, 3).

1. *Quod factum est*. Triplex est hic dispunctio, et consequenter triplex lectio et intellectio, triplexque sensus: *Prima* est: *Sine ipso factum est nihil, quod factum est in ipso*, ac deinde ponitur punctum, post quod nova sententia sequitur: *Vita erat, et vita erat lux hominum*, etc., ita dispungit legitque S. Hilarius, lib. II. *De Trinit.*; S. Epiphanius, in *Anchorato*, et alii nonnulli. Verum hæc lectio passim ab aliis rejicitur. Videtur enim ineptam continere tautologiam, cum ait: *sine ipso*, et mox: *in ipso*. — *Secunda* lectio est: *Sine ipso factum est nihil*, deinde punctum, post quod nova sequitur sententia: *Quod factum est in ipso, vita erat*. Ita dispungit legitque S. Augustinus, Tertullianus, *Contra Hermog.*;

cia. El Verbo no ha sido creado por el Padre, puesto que El mismo es por el Padre engendrado. Es evidente que no se ha hecho El á sí mismo. Tampoco ha sido creado por el Espíritu Santo pues que el Espíritu Santo lo mismo que el Padre y que el Hijo es una de las tres divinas Personas de la Santisíma Trinidad, la cual es eterna y no ha sido hecha por nadie, puesto que es el mismo Dios.

Otra cosa hay que tampoco debe al Verbo su existencia y es el pecado. El Verbo no ha hecho cosas que no son, y el pecado es lo que no es, es decir, la *nada* ó el *no ser*, « Bien claro es, dice S. Au-

S. Ambrosius, lib. III, *De Fide*, cap. III, et passim Latini; atque e Græcis Clemens Alexandrinus, lib. I. *Pædag.*, cap. VI, et S. Cyrillus hic: quod S. Augustinus sic explicat, *q. d.* Omnis res facta et creata per Verbum, antequam fieret et crearetur, erat in ipso Verbo vitaliter et intellectualiter. Erat enim in ideis et rationibus æternis, quæ vivunt in Verbo. Erat ergo vita, id est vivebat in mente et idea Verbi. Aliter explicat S. Cyrillus, *q. d.* Omnis res facta erat vita in Verbo, id est vitam, hoc est vigorem et essentiæ suæ conservationem, accepit a Verbo, quamdiu est et existit. — *Nota. Ed. Vivès*: Posito ergo puncto post *nihil*, commate post *factum est*, rursum exsurgit præclara sententia, in qua verborum constructio, ut alias sæpe etiam est in scriptis Joannis, a pronomine relativo initium capit, itaque est ordinanda: *In ipso, quod factum est, vita erat*. Quam quidem sententiam, quamvis abnuat Chrysostomus, hom. V *in Joannem*, commendat Cyrillus et ita explicat: « Si quid factum est, erat in ipso vita, hoc est, unigenitum Dei Verbum. Ipsum enim, vita quum sit secundum naturam, esse, et vivere, et moveri iis quæ sunt, largitur... In omnibus quæ facta sunt, erat vita, hoc est Verbum, quod erat in principio... Verbum erat, ut vita secundum naturam, per participationem iis quæ sunt, seipsum immiscens. » — *Tertia* lectio communis est Syrorum, Arabicorum et Græcorum, S. Chrysostomi, Theophylacti, Nonni, Euthymii et Leontii in *Catena*: *Sine ipso factum est nihil quod factum est*, deinde punctum; mox nova incipit sententia: *In ipso vita erat*. Hæc lectio est plenissima, quocirca eam sequuntur Biblia Romæ correcta, aliaque Latina perplura. Sensus enim planus est; *q. d.* Nihil quod factum est, sine Verbo factum est, sed omnes res factæ a Verbo factæ sunt (CORN. A LAP. *Comm. in Joan.* I, 3).

gustin, que el pecado es la *nada*, y los hombres cuando pecan caen en la *nada;* el ídolo no ha sido hecho por el Verbo; tiene sin embargo forma humana, y por el Verbo ha sido hecho el hombre, mas la forma del hombre no le ha sido dada al ídolo por el Verbo, pues está escrito : *Sabemos que el ídolo no es nada*[1]. Luego estas cosas no han sido hechas por el Verbo; mas por El ha sido creado cuanto existe en la naturaleza, el conjunto de todas las cosas y absolutamente toda criatura[2]. »

Lo que acabo de explicaros respecto al pecado os hará comprender porque no se puede decir que los demonios así como los pecadores, han sido creados por el Verbo. El Verbo ha creado á los ángeles y á los hombres, que al caer voluntariamente en el pecado, hanse convertido en demonios y pecadores. Tanto unos como otros son criaturas del Verbo mientras permanecen ángeles ú hombres y ellos mismos son los que se hacen demonios ó pecadores.

Lo que se ha hecho en El tenia la vida. La creaciona aunque se ha llevado á cabo en el tiempo, no ha sido el resultado de una idea que se le ocurriera á Dios. En Dios no hay cambio y el sobrevenirle una idea seria un cambio en El. Desde la eternidad estaba

1. I. Cor. VIII, 4.

2. *Sup. Joan.* tract. 1. — Si accipiatur verbum pro eo quod in quolibet hominum est, quia et ipsum insitum est cuilibet ab eo quod in principio erat Verbum, etiam sine hoc verbo nihil committimus, simpliciter accipiendo quod dicitur : Nihil. Ait enim Apostolus, *Rom.* VII, quod sine lege peccatum mortuum erat ; adveniente vero mandato, peccatum revixit. Non enim reputatur peccatum lege non existente : sed nec peccatum erat existente Verbo : quia Dominus dicit, Joan. 15 : *Si non venissem et essem illis locutus, peccatum non haberent :* quælibet enim excusatio deficit volenti dare responsum de crimine, dum Verbo præsente ac judicante quid est agendum, non obedit quis illi ; nec propter hoc inculpandum est vel accusandum Verbum, sicut nec magister, per cujus disciplinam non remanet locus excusationis discipulo delinquenti, velut de ignorantia. Omnia ergo per Verbum facta sunt, non solum naturalia, sed etiam quæ ab irrationalibus sunt (ORIG. *super Joan.* tract. 2).

decretado en las sabias resoluciones del Creador cuando habia de comenzar á crear y que es lo que debia crear.

He ahí porqué nos dice el Evangelio : *Lo que ha sido hecho en El tenia la vida.* Es decir, lo que ha sido hecho en el tiempo existia desde la eternidad en Dios, como puede decirse que el plano ó proyecto de un edificio cualquiera están en la idea ó pensamiento del arquitecto, antes de llevarse á debida ejecucion[1].

He aquí la primera manifestacion del Verbo que nos recuerda el Evangelio de este dia : esto es, su manifestacion por medio de la creacion. Veamos ahora su segunda manifestacion que se llevó á cabo por

II. *Su propia encarnacion.* — El mundo habia sido creado. En el mundo como perfectamente se os alcanza, hay dos especies de criaturas, aquellas que están dotadas de razon y las que carecen de ella. Estas últimas cumplian con su mision obedeciendo ciegamente á las leyes inmutables que el Creador les impusiera. Mas las criaturas dotadas de razon y libertad necesitaban una luz para dirigir sus

1. Potest autem et sic distingui sine errore : *Quod factum est in ipso ;* et postea dicatur : *Vita erat*, ut sit sensus : Omnia quæ per ipsum et in ipso facta sunt, in ipso vita sunt, et unum sunt : erant enim (hoc est in ipso subsistunt) causaliter, priusquam sint in seipsis effective. Sed si quæris quomodo et qua ratione omnia quæ per Verbum facta sunt, in ipso vitaliter, et uniformiter, et causaliter subsistunt, accipe exempla ex creaturarum natura. Conspice quomodo omnium rerum quas mundi hujus sensibilis globositas comprehendit, causæ simul et uniformiter in isto sole (qui est maximum luminare) subsistunt ; quomodo numerositas herbarum et fructuum in singulis seminibus simul continetur ; quomodo multiplices regulæ in arte artificis unum sunt, et in animo disponentis vivunt ; quomodo infinitus linearum numerus in uno puncto unum subsistit : et hujusmodi naturalia varia perspice exempla, ex quibus velut physicæ theoriæ pennis poteris arcana Verbi mentis acie inspicere : et (quantum datur humanis rationibus) videre quomodo omnia quæ per Verbum sunt facta, in ipso vivunt et facta sunt (ORIGEN. in hom. 2. *in diversos*).

actos de los que eran responsables. El Verbo vino á proporcionar esa luz, proyectando en el alma del hombre los divinos rayos que la suya difunde. Esto mismo es lo que nos dá á entender el Evangelio con estas palabras: *En El estaba la vida y la vida es la luz de los hombres*[1]. Creó esta luz, que cada uno de nosotros lleva en si,

1. Dixerat: *In ipso vita erat*, ne putares quod absque vita sit Verbum. Nunc ostendit quod sit vita spiritualis, et lux rationabilibus cunctis. Unde dicitur: *Et vita erat lux hominum:* quasi dicat: Lux ista non est sensibilis, sed intellectualis, illuminans ipsam animam (THEOPH. ap. S. Th. *Cat. aur.*). — Ex ipsa enim vita illuminantur homines: pecora non illuminantur, quia non habent rationales mentes, quæ possint videre sapientiam; homo autem factus ad imaginem Dei, habet rationalem mentem, per quam possit percipere sapientiam: ergo illa vita per quam facta sunt omnia, lux est; et non quorumcumque animalium, sed hominum (S. AUG. *sup. Joan.* tr. 1). — Non autem dixit: Lux est solum Judæis, sed omnium hominum. Omnes enim homines, inquantum intellectum et rationem recipimus ab eo quod non condidit Verbo, intantum ab eo illuminari dicimur: nam ratio nobis tradita (per quam rationales dicimur), lux est ad operanda nos dirigens, et ad non operanda (THEOPH. ibid.). *In ipso vita erat, et vita erat lux hominum.* — Vita est res præstantissima, sicut mors est pessima. Vitæ ergo fontem S. Joannes hic assignat Verbo: *In ipso enim vivimus, movemur et sumus*, Act. XVII. Hinc et Græci suum Deum vocant ζήν, a ζῆν, id est *vivere*, quod omnibus viventibus vitam inspiret. Sensus ergo est, *q. d.* Vera nostra vita gratiæ et gloriæ in ipso Verbo erat, velut in sui origine et fonte. Unde ut ipsum hanc vitam et lucem hominibus communicaret, ad eos descendit et hominem se fecit; ut sicut per Verbum macrocosmus, hoc est magnus hic mundus, olim creatus est, ita et per illud ipsum microscomus, id est parvus mundus, puta homo, recrearetur et a morte peccati ad vitam gratiæ et justitiæ revocaretur. Ita se explicat S. Joannes, cum subdit: *Et vita erat lux hominum.* Et in *epist.* I. c. I, vers. 2, loquens « De Verbo vitæ »: *Et vita*, inquit, *manifestata est, et vidimus, et testamur, et annuntiamus vobis vitam æternam, quæ erat apud Patrem, et apparuit nobis.* Et cap. V, vers. ult.: *Ut cognoscamus verum Deum, et simus in vero Filio ejus. Hic est verus Deus, et vita æterna.* Vide ibi dicta. Hac de causa S. Joannes passim Christum vocat *vitam*. Ita S.

los hombres pueden distinguir el bien del mal y por consiguiente llevar á cabo el uno y évitar el otro.Pero esta luz aunque suficiente para iluminar al hombre y guiarle por el camino del bien no me-

Chrysostomus et Theophylactus hic; Ammonius, in *Catena;* S. Ambrosius, lib. III. *De Fide*, cap. III et V; Athanasius, lib. III. *De Assumptione hominis, contra Marcellium.* Porro Patres hanc Verbi vitam varie explicant. *Primo*, de vita formali: *In ipso vita erat;* hoc est, ipsa Verbi substantia est vita, ipsum Verbum est vita subsistens, ait Œcumenius in epist. I. *S. Joan.* cap. I. Ipsum Verbum essentialiter est vita; ipsa enim ejus essentia est vivere et vita. Vivit enim vitam divinam, perfectissimam, immensam, æternam, beatissimam; quæ origo et fons est omnis vitæ angelicæ, humanæ, animalium et plantarum. — *Secundo*, in Verbo est vita idealis, sive exemplaris, quia in Verbo quasi in idea vivunt sempiternæ rerum omnium rationes, ut ait S. Augustinus. Verbum enim est omnium creaturarum idea, idea autem est ipsa essentia et vita Dei. Ita S. Augustinus, tract. 1 *in Joan.*: « Sapientia Dei, inquit, secundum artem continet omnia: terram vides, cœlum, solem, lunam, sunt ista in arte, sed foris corpora sunt, in arte vitæ sunt. » Alio vero loco: « Propterea (ait Joannes) quod factum est, in ipso vita erat, omnia quæ facta et vitam non habent, in ipso Verbo Dei vita sunt,in seipsis vita non sunt. » Sic ergo Verbum est vita omnium creaturarum, etiam inanimatarum, quia omnes vivunt in Verbo, utpote quod totum est vita. — *Tertio*, in Verbo est vita causalis naturalis, quia Verbum causat et efficit omnia viventia, eisque suam vitam communicat; scilicet plantis vitam vegetativam, animalibus vitam animalem, hominibus rationalem, angelis angelicam. Rursum, in Verbo quasi in causa efficiente est vita, id est omnium rerum vigor, duratio et conservatio,quia hæc per Verbum fiunt; Verbum enim omnibus rebus dat vigere,vivere, durare et permanere. Ita S. Chrysostomus, Cyrillus, Theophylactus. Unde Jansenius sic exponit, *q. d.* Vita naturalis viventium pendet a Verbo; quasi sensim Joannes a vita viventium descendat ad hominem ejusque vitam acceptam a Verbo. — *Quarto* et magis genuine, « vitam » hic accipias causalem supernaturalem, *q. d.* In Verbo quasi in fonte et causa primigenia erat vita nostra supernaturalis, puta gratiæ et gloriæ, ideoque ut hanc vitam nobis impetraret, incarnatus est et factus homo, ut initio dixi. Supernaturalis enim vita est duplex: inchoata per gra-

noscaba en lo mas mínimo su libertad por medio de la cual puede decidirse en la eleccion del bien ó del mal. Y el mal eligieron y eligen por desgracia la mayor parte de los hombres. Por eso

tiam, qua homo justus per fidem, spem et charitatem servit Deo; vivitque vitam supernaturalem, in Deum supernaturaliter credendo, sperando eumque super omnia amando; altera vita supernaturalis est consummata per gloriam, qua beati Deo fruuntur, deliciantur et beantur in æternum. Alludit ad illud Psal. XLV: *Apud te est fons vitæ, et in lumine tuo videbimus lumen*, hoc est, ait Theodoretus, « apud te est Verbum internum, fons vitæ, et in lumine Spiritus Sancti, lumen Unigeniti tui cernemus. » Vide S. Dionysium, cap. VI. *De Divin. Nom.*, ubi docet Deum esse originalem vitam: *primo*, vitæ angelicæ; *secundo*, humanæ; *tertio*, animalium; *quarto*, plantarum; *quinto*, justorum; *sexto*, beatorum (CORN. A LAP. *Comm. in Joan.* I, 4). — *Et vita erat lux hominum*, qua homines illuminantur spiritualiter per fidem et gratiam. De spirituali enim et supernaturali luce loquitur, non de corporali et naturali, ut patet ex seq. Sensus est, *q. d.* Vita nostra, quam paulo ante dixi fuisse in Verbo, erat hæc Verbi illuminatio, qua homines cognitione Dei et salutis suæ illuminavit exterius, per verba et exempla sancta; interius, per lumina cœlestia menti indita, quibus mentem illustravit et illustrat (Id. *Ibid.*). — *Et vita erat lux hominum*. Explicat vitæ supernaturalis naturam et principium, quasi diceret: Lumen fidei, *quæ per charitatem operatur*, Galat. V, 6, hanc vitam nobis parit; et, nisi hoc lumine perfundamur, hac vita vivere non possumus: quia *justus ex fide vivit*, Gal. III, 11. — *Lux* ergo est ipsa gratia inadæquate spectata, quatenus illuminat; seu, forsan melius dixerim, est *lumen fidei* cum charitate conjunctæ. — *Vita* vero est id quod fides nobis præstat, nempe tum *gratia* sanctificans in hoc mundo, tum *gloria* in futuro. Quia autem ex fide procedit, ideo illa vita dicitur esse ipsa fides, seu lux, cognitio, ut eam Christus vocavit: *Hæc est autem vita æterna, ut* COGNOSCANT *te solum verum Deum, et quem misisti* JESUM CHRISTUM. Joan. XVII, 3. (PATRIZI, *de Evang.* tom. II, dissert. 8). — *In ipso vita erat*. His verbis altissimum quoddam bonum, *vita*, ejusque vera notio, mysteria et origo aperitur. — 1° Vitæ origo. In Verbo tanquam in fonte vita nostra est: *Quoniam apud te est fons vitæ, et in lumine tuo videbimus lumen*. Ps. XXXV. *Quis est homo qui vult vitam, diligit dies videre bonos?* Ps. XXXIII,

nos dice el Santo Evangelio: *La luz brilló en las tinieblas, y las tinieblas no la comprendieron*. Vióse en efecto al pecado invadir instantáneamente la tierra toda y multiplicarse de una manera espantosa. La malicia del pecado de Adam fué dejada atrás por el crí-

adeat fontem vitæ, eique inhæreat; quicumque ab hoc fonte separatur, invenit mortem. — 2° Illa autem vita, quæ in Verbo invenitur, quænam est? — Vita gratiæ et vita gloriæ; — vita vera, seu vita novi hominis, longe differens a vita hominis veteris; — vita bona et sancta; — vita beata; — vita plena: nempe vita intellectus, cordis, imo et corporis, quod ressurrectione gloriosa reformabitur. — De vita gratiæ et gloriæ hæc scribit Augustinus: « Duas vitas sibi divinitus prædicatas et commendatas novit Ecclesia: quarum est una in fide, altera in specie: una in tempore peregrinationis, altera in æternitate mansionis; una in labore, altera in requie: una in via, altera in patria: una in opere actionis, altera in mercede contemplationis. Una declinat a malo, et facit bonum; altera nullum habet a quo declinet malum, et magnum habet quo fruatur bonum. Una cum hoste pugnat, altera sine hoste regnat. » — 3° In *ipso* ergo vita invenitur, non in mundo, qui frustra vitam promittit (SCHOUPPE, loc. cit.). — *Et vita erat lux hominum*. 1° In quo vita consistit? Vita animæ, scilicet sola vita vera et beata, in lumine fidei sita est, per charitatem operantis; non in oblectamentis sensuum, neque in peccatorum ac vitiorum tenebris; illic enim, quidquid mundus mentiatur, mors est: *Prudentia carnis mors est*, Rom. VIII, 6; — *justus ex fide vivit*, Rom. I, 17. — Quam suavis est lux fidei vivifica, qua homo Deum secum conversantem videt! — Quanta cura fovenda, ne exstinguatur, sed augeatur semper! — 2° *Vita* et *lux* conjunguntur, ut intelligamus hominem, non nisi in vera fidei doctrina invenire vitam, felicitatem et pacem. — 3° Lux est id quo videmus res prout sunt: luce fidei videmus Deum, peccatum, etc.; videmus viam vitæ, veramque regulam sequendam; nostræque cogitationes, desideria, intentiones intimæ, actiones quoque externæ, hoc lumine ordinata, vitam constituunt puram ac sanctam, vitam luminis quæ tenebras non habet, ut Laurentius martyr dicebat: « Mea nox obscurum non habet, sed omnia in luce clarescunt. » — 4° Porro hujus lucis fomes est Christus, sol justitiæ, qui nos interne per gratiam, externe vero per doctrinam, miracula et exempla illuminat (SCHOUPPE, l. c.).

men de Cain su hijo. Y este crímen fué el punto de partida de otros
muchos. El reinado del mal hízose bien pronto general. Todos los
crímenes, hasta los mas atroces, llevaronse á cabo; todos los vicios
aun los mas vergonzosos y groseros vinieron á deshonrar la huma-
na libertad. Y esto sucedió no solo entre los paganos sino tambien
entre los judios, ese pueblo escogido por Dios á quien el Señor qui-
so preservar del general naufragio, haciendo resonar en sus pro-
pios oidos, de un modo terrible la ley que primeramente grabara
en el corazon de los hombres. Todo fué en vano; inútilmente brilló
la luz; las tinieblas no la comprendieron: es decir, que los hombres
no queriendo obrar el bien cerraron sus ojos á esta luz para entre-
garse en brazos del mal[1].

1. Quia vita illa est lux hominum, sed stulta corda capere istam lu-
cem non possunt, quia peccatis suis aggravantur, ut eam videre non
possint; ne ideo cogitent quasi absentem esse lucem, quia eam videre
nonpossunt; sequitur: *Et lux in tenebris lucet, et tenebræ eam non
omprehenderunt*. Quomodo enim homo positus in sole cæcus, præsens
est illi sol, sed ipse soli absens est, sic omnis stultus cæcus est, et præ-
sens est illi sapientia: sed cum cæco præsens est, oculis absens est,
non quia illi ipsi absens est, sed quia ipse absens est ab illa (S. Aug.
sup. Joan. tr. 1). — Quod si vita idem est cum luce hominum,
nullus qui sit in tenebris, vivit, nec ullius viventium est in tene-
bris; cum omnis qui vivit, sit etiam in luce, ac e converso quis
quis est in luce, simul etiam vivat: rursus, quoniam ex his quæ dis-
seruimus de contrariis, intelligi possunt contraria prætermissa, dis-
seritur autem de vita et luce hominum, contrarium autem vitæ mors
est, et contrarium luci hominum tenebræ hominum; videre est quod
qui in tenebris existat hominum, is etiam sit in morte; et quæ sunt
mortis agens non alibi sit quam in tenebris; qui vero agit quæ sunt
lucis, vel is cujus opera lucent coram hominibus, et qui memor est
Dei, non est in morte; juxta illud quod Psal. VI, dicitur, nihil rei cum
morte habet qui memor est tui. An vero tenebræ hominum et mors,
natura talia sint necne, alterius est considerationis. Nos eramus ali-
quando tenebræ nunc autem lux in Domino, etiamsi sancti spiritua-
lesque aliquo modo simus. Quisquis fuit aliquando tenebræ, factus est

Entonces fué cuando el Verbo compadecido de nosotros, cuando
en aras de su justicia podia habernos hecho sentir la fuerza de su
rigor, cumple el deseo que desde la eternidad le animara, resol-

sicut Paulus tenebræ cum esset capax et aptus ut fieret lux in Domino,
etc. Et rursus, *homil. 2. in diversos:* vel aliter lux hominum est Domi-
nus noster Jesus Christus qui omni rationali et intellectuali creaturæ
seipsum in natura humana manifestavit, et mysteria suæ divinitatis
quæ æqualis est Patri, fidelium cordibus reseravit; secundum illud
Apostoli, Ephes. v: *Fuistis aliquando tenebræ; nunc autem lux in Domi-
no*. Dic igitur: *Lux in tenebris lucet*, quia totum genus hominum non
ex natura, sed merito peccati originalis in tenebris erat ignorantiæ ve-
ritatis; post ortum autem ex Virgine in cordibus cognoscentium lucet
Christus. Quia tamen sunt qui adhuc in tenebris obscurissimis impieta-
tis et perfidiæ manent, Evangelista subjungit: *Et tenebræ eam non com-
prehenderunt:* quasi dicat: Lux in tenebris fidelium animarum lucet, a
fide inchoans, ad spem trahans. Imperitorum vero cordium ignorantia
et perfidia lucem Verbi Dei fulgentis in carne non comprehenderunt:
sed iste sensus moralis est: physica autem horum verborum theoria
(sive speculatio vel contemplatio) talis est: Humana natura, etsi non
peccaret, suis propriis viribus lucere non posset: non enim naturaliter
lux est, sed particeps lucis; capax siquidem sapientiæ est, non ipsa
sapientia. Sicut ergo aer per semetipsum non lucet, sed tenebrarum vo-
cabulo nuncupatur, ita nostra natura, dum per seipsam consideratur,
quædam tenebrosa substantia est; capax ac particeps lucis sapientiæ;
et sicut aer, dum solares radios participat, non dicitur per se lucere,
sed solis splendor in eo apparere, ita rationabilis nostræ naturæ pars
dum præsentiam Verbi Dei possidet, non per se res intelligibiles et
Deum suum, sed per insitum sibi divinum lumen cognoscit. Lux itaque
in tenebris lucet, quia Dei Verbum vita et lux hominum in nostra na-
tura (quæ per se investigata et considerata informis quædam tenebro-
sitas invenitur) lucere non desinit; et quoniam ipsa lux omni creaturæ
est incomprehensibilis, tenebræ eam non comprehenderunt (Orig. tract.
sive tomo III. *in Joan.*). — *Et lux in tenebris lucet, et tenebræ eam non
comprehenderunt.* — *q. d.* Lux natura sua solet tenebras illuminando
dispellere, et sic Verbum, puta Christus, quia lux est, fecit quantum
est ex parte sua; sed tenebræ, id est homines ignorantia, infidelitate

viendo hacerse El mismo hombre para enseñarnos la ley viva con su propio ejemplo y procurarnos la salvacion.

Pero antes de manifestarse á los hombres, quiso para mayor

cupiditatibus et peccatis suis obstinati, mentis suæ oculos clauserunt, et noluerunt hanc lucem admittere. — Nota : Christus, puta Deus, est lux causalis, quia ipse hominibus causa est omnis sapientiæ, gratiæ e gloriæ, non tantum dans eis lumen naturale rationis, ut explicant Origenes et Cyrillus ; sed etiam et potius dans his lumen supernaturale fidei et sapientiæ ; unde a Malachia, cap. IV, 2, vocatur *sol justitiæ*. Vide ibi dicta. — Nota : Hic Christus homo vocatur *lux*, quia maxime luxit post carnem assumptam : fuit tamen etiam lux ante eam, a mundi exordio ; nam sicut sol, antequam horizontem ascendat, aliquos aurore radios præmittit, quibus mundum illuminat, sic et Christus. Ita S. Augustinus, tract. 1. *in Joannem*. Hoc est quod ait Pater ad Christum : *Dedi te in lucem Gentium, ut sis salus mea usque ad extremum terræ*, Isaiæ cap. XLIX, 6. Et Christus : *Ego sum lux mundi*, Joan. VIII, ac de eo Simeon : *Lumen ad revelationem Gentium, et gloriam plebis tuæ Israel*, Lucæ II, 32. Pulchre S. Augustinus, *hom.* 43 inter 50 : « Ideo, ait, venit Christus illuminator, quia diabolus fuerat excæcator. » Ita S. Gregorius Nyssenus, orat. *De Nativit. Christi* : « Puritas, ait, in nostris cordibus versatur, sordes vero puritatem non attingunt, sicut ait Evangelista, quod lux in tenebris lucet, et tenebræ eam complexæ non sint. » Et S. Augustinus, epist. 120 *ad Honoratum* : « Filius, ait, Dei non est absens etiam mentibus impiorum, quamvis eum non videant, sicut nec ulla lux videtur, oculis præsentata cæcorum. » Idem, lib. I. *De Peccat. mer.* cap. XXV : « Sicut sol a cæcis, quamvis eos suis radiis quodammodo vestiat, sic a stultitiæ tenebris lumen Dei non comprehenditur. » Lucet autem lux Verbi in tenebris impiorum hominum, per lumen rationis, per creaturarum voces, quæ omnes creatorem esse, esseque venerandum et amandum clamant ; per legem naturæ menti inscriptam, per legem novam, per Scripturas, doctores, concionatores, sanctas inspirationes, etc. Unde idem Augustinus, tract. 2 *in Joan.* : « Noli cadere, ait, in peccatum, et non tibi occidet hic sol ; si tu feceris casum, tibi faciet occasum. » Si vis videre lucem, esto et tu lux ; si enim tenebras et tenebrosas cupiditates ames, obtenebrabunt, imo excæcabunt te. — Nota: In S. Scriptura, præsertim apud S. Joannem hic et in *epist.*, fides et

garantía del éxito de su empresa, enviar un precursor á la tierra que le preparase el camino anunciando su venida. Esto mismo nos enseña el Evangelio por medio de estas palabras : Hubo un hom-

gratia Christi comparantur luci, peccata vero tenebris, ob multas et appositas analogias : lux enim cœlestis et nobilissima inter naturales est qualitas, celerrima, efficacissima, impassibilis, purissima, quæ nullis sordibus, licet iis immixta, fœdari potest ; afferens splendorem, calorem, lætitiam ; faciens res omnes videri, vitam et vigorem omnibus viventibus afferens ; talis est et Deus Deique gratia : contrarium est in peccatis, quorum proinde symbolum sunt tenebræ. Adde, quod gratia ad æternam lucem et gloriam, peccata ad imas et summas tenebras ducant. Vide dicta in *epist.* I. S. Joan. cap. I, vers. 5 et 6, ubi ex Dionysio, *De Divin. Nomin.*, cap. XV, recensui triginta analogias lucis sive ignis et gratiæ, ac octo analogias tenebrarum et peccatorum. Vide et quæ de umbra mortis dixi *Lucæ* I, vers. 79, et *Isaiæ* IX, 2. — *Non comprehenderunt*. Græce οὐ κατέλαβεν, id est *non apprehenderunt* ; ut vertit Vatablus, *non susceperunt* : unde Noster, vers. 11 et 12, vertit, *non receperunt*. Verti quoque potest, *non detinuerunt, non occuparunt, non anteverterunt* ; et tunc major est emphasis, *q. d.* Tenebræ, id est homines infideles et impii, Deum et viam salutis ignorantes, visa luce Verbi, debuerunt eam detinere, imo occupare et antevertere, ut per eam Deum et viam salutis suæ cognoscerent ; at tanta fuit eorum cæcitas et pravitas, ut eam ultro se offerentem illosque ambientem, amplecti et recipere noluerint, sed illi clauserint oculos, nec eam admittere vel recipere voluerint : *Erant enim mala eorum opera*, ut ait Joannes, cap. III, 19 (CORN. A LAP. *Comm. in Joan.* I, 5). — *Lux in tenebris lucet*. En mysterium tenebrarum, quæ luci ac vitæ tanquam umbra mortis apponuntur. 1° Affulget lux Christi, ut tenebras nostras dissipet. *Exortum est in tenebris lumen rectis, misericors et miserator et justus*. Ps. CXI. — 2° Tenebræ autem nostræ quænam sunt ? Aliæ sunt tenebræ intellectus : ignorantia, infidelitas et errores ; aliæ, cordis : peccata et indomitæ passiones. — 3° In tenebris lucet, et non exstinguitur ; quantumvis homines conspirent ut errorum tenebras spargendo, lumen veritatis opprimant. — 4° Lux in tenebris, est quoque solamen in tristitia, consilium in dubio. — 5° In tenebris lucet, i. e. in obscuritate humilitatis. Quicumque semetipsum agnoscit ut tenebris plenum, ille charitate Verbi illumina-

bre enviado por Dios, que se llamaba Juan. *Vino pasa servir de testimonio y dar testimonio á la luz ; á fin de que todos creyesen por él. El no era la luz, sino que vino para dar testimonio á Aquel que era la luz.* S. Juan cumplió admirablemente su mision, predicando penitencia, preparando el bautismo del Espíritu por medio del Bautismo del agua, anunciando que se hallaba próximo el reino de los cielos y exhortandoal pueblo á preparar los caminos que debia segnir el Señor [1], estoes el Verbo hecho carne [2].

bitur; *Deus enim dixit de tenebris lucem splendescere.* II. Cor. IV, 6. — *Tenebræ eam non comprehenderunt.* En mysterium humanæ malitiæ, seu hominum rebellio adversus lucem ac vitam. 1° Homines voluntarie obcæcati, lucem vitæ non admiserunt. Hi sunt qui videntes non vident, et audientes non audiunt... Quid superest remedii, nisi ut pro hujusmodi miseris oremus? — 2° Nec tantum non admiserunt lucem Christi, sed eam omni modo impugnaverunt. At frustra: nam sicut solem exstinguere nemo potest, ita nec verbum Christi. — 3° Sunt qui quasi dimidiatim lumen accipiunt: illi nimirum quid credunt quidem, sed non faciunt. — 4° Quare homines rebelles fidei lumini resistunt? 1. Quia lux fidei passionibus eorum adversatur, quibus ipsi indulgere volunt. 2. Quia vitia sua, et imaginem mortis ac inferni, quæ conscientiam perturbant, tenebris occultare volunt. *Dilexerunt homines magis tenebras quam lucem, erant enim eorum mala opera.* Joan. III, 19. 3. Quia dicunt se habere lumen sufficiens, nec indigere fide Christi quam tanquam noctem traducere audent... Sed aliquando, illusionibus morte dissipatis, inexstinguibile lumen vel inviti videbunt: *Videbit eum omnis oculus, et qui eum pupugerunt.* Apoc. I, 7. Nos autem lucem excipiamus: quid enim luce melius?... Quid tenebris tristius et periculosius, præsertim ambulantibus inter abyssos?... (SCHOUPPE, loc. cit.).

1. Matth. III, 1-12.

2. Quidam improbare nituntur edita de Christo testimonia prophetarum, dicentes non egere testibus Dei Filium, habentem credulitatis sufficientiam, tum in his quæ protulit salubribus verbis, tum in mirabilibus operis suis. Siquidem et Moyses credi meruit per verbum et virtutes, non egens præviis testibus. Ad hoc dicendum est quod multis existentibus causis inducentibus ad credendum, plerumque quidam ex

Aquel es la verdadera luz que ilumina á toda hombre que viene á este mundo. El Verbo en efecto, que en la eternidad era, en sí mismo, la verdadera luz, ha sido en el tiempo y lo será siempre la luz que ilumina á todo hombre al venir à este mundo. La luz soberana, original, substancial. Luz verdadera, como verdadero hijo; por naturaleza y no por adopcion; esencialmente y no por gracia ó participacion. Luz verdadera que ilumina todos los espíritus creados segun la expresion del apóstol: *No somos capaces por nosotros mismos de tener algun buen pensamiento*: sino que Dios solo es el que nos *hace capaces de ello.* Luz natural, ideas innatas, primeros principios de conocimiento, máximas de moral, todas estas luces provienen del Verbo eterno, El solo es esta razon eterna de que participa todo espíritu. El solo es el que enseña á pensar, á raciocinar y á distinguir el bien del mal, sea en lo tocante al órden de la naturaleza, sea en lo concerniente al sobrenatural de la gracia, á todo hombre que viene á este mundo. El mas sabio de los reyes de Israel, Salomon, lo dijo ya antes del apóstol S. Pablo, y no lo dijo sino por inspiracion divina del Espiritu Santo: *que el Señor por*

hac demonstratione non moventur ad admirandum, ex alia vero moveri possunt; et potest Deus multiplicem præbere hominibus causam ut credant Deum esse, qui pro cunctis hominibus homo factus est. Constat igitur quosdam ex dictis propheticis ad Christi admirationem coactos, mirantes tot prophetarum ante ejus adventum vocem, qui constituunt nativitatis ejus locum, et alia hujusmodi. Illud quoque animadvertendum, quod prodigiosæ virtutes ad credendum provocare poterant eos qui tempore Christi erant; non autem similiter post longa eos tempora permovissent ad talem fidem; imo potius fabulosa quædam existimata fuissent: plus enim peractis virtutibus (vel miraculis) facit ad credulitatem, quæ cum virtutibus (vel miraculis) quæritur prophetia. Est autem et tale quid dicere, quod quidam in hoc quod testimonium præbent Deo, honorati sunt. Privare vult ergo chorum prophetarum ingenti gratia, quæ dicit illos non oportere de Christo testimonium exhibere. Accessit autem his Joannes, ut testimonium de luce perhibeat (ORIG. tr. seu tom. 5 *in Joan.*).